



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia  
Lovaniensi I. V. D. Et Antecessoris Commentarius In Jus  
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas  
Gregorii IX. P. M.**

**Zoesius, Hendrik**

**Coloniae Agrippinae, 1691**

Titulus XII. De Cognatione legali.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

## TITULUS XII.

## De Cognatione legali.

## SUMMARIUM.

1. Cognatio legalis quid, & unde oriatur.
2. An & ex adoptione?
3. Impedimentum hoc dirimit nuptias inter filiam adrogatam & patrem.
4. Non etiam inter liberos ex filia & patrem adrogantem.
5. Dirimit & inter filium adoptivum & filiam naturalem adrogantis.
6. Duo legitimi ab eodem adrogati an ligentur hac cognatione?

1 **C**ognatio legalis est attentiva quædã proveniens ex adoptione, quæ facit in locum filii transire adoptatum, quoad effectus juris. Habet autem ista cognatio locum in adrogatione, cui tantum est is effectus hodie, ut patet *Instit. de adopt.*

2 **Q.** An & in adoptione? **R.** Rectè dici, non oriri nisi ex adrogatione, quod ejus fundamentum ponatur in patria potestate, quæ secundum jura posteriora non acquiritur nisi per adrogationem; quæ sola cum ponat fundamentum cognationis, ponet etiam sola causam impedimenti. Si tamen adoptio fiat à patre naturali, etiam hodie ponet hanc cognationem, & ex ea impedimentum, cum subjiciat potestati adoptantis adoptatum, *Instit. d. cit. ut posita causâ*, etiam sit ponendus effectus.

3 **E**st autem hoc impedimentum non tantum impediens, verum & dirimens nuptias inter filiam adrogatam & patrem, etiam solutã adrogatione, propter reverentiam, quæ per potestatem semel contracta perdurat, *l. Adoptivus 14. & l. Quin etiam 55. D. de ritu nupt.* Inter liberos ex filia & patrem adrogantem nullum est impedimentum, cum cesset potestas impediendi causã; neque enim nati ex filia sequuntur familiam matris, sed patris. Aliud est in natis ex filio, quia sequuntur familiam patris.

4 **E**st & impedimentum inter filium adoptivum & filiam naturalem adrogantis, & vice

versã & quidem dirimens, ut patet *cap. 2. ubi* dicitur confiteri non posse inter nuptias, durante potestate: quæ soluta soluta five emancipetur filia naturalis, five adoptivus, quia non tam reverentia inter eos impeditur, quàm sola potestas, quæ causa sublata, dici debet sublata & impedimentum, *Gl. in d. c. 1. Sic & adrogatione* emancipationem non impeditur inter nuptias adrogantis, et vice amitam, matrem, sororem, neptem ex filio, quod jam tenet extraneus, *d. l. 55. in fine.* Honestius tenentur abstinere ab hujusmodi nuptiis, quæ quamdam reverentiam & adhibitionem legali cognatione contractam.

**Q**ueritur de duobus legitimis ab eodem adrogatis, an ligentur hac cognatione, videri probabile, per *d. c. 2. in. b. tit. loquens.* Et factum, quod in his ponatur, scilicet potestas, ut debeat sublevari. Et ita tenet Angel, *§. inter eas Inst. de Contrariis* tamen receptum, ex eo, quod fiat mentio hujus impedimenti in nuptiis, sed tantum in casu, quo alter est naturalis legitimus: quia de causã nollunt hanc cognitionem, ut odiosam, sine textu extraneo esse. Sanchez 7, *Disp. 63. nu. 28.*

## TITULUS XIII.

## De eo, qui cognovit conjugum suam uxoris suæ vel sponsæ.

## SUMMARIUM.

1. Adfinitas qualiter contrahatur.
2. Per copulam elicitam contrahitur impedimentum impediens & dirimens.
3. Dirimit præcæntia sponsalia de futuro.
4. An tenentur petere dispensationem, si contra acta adfinitas?
5. Non dicitur imitari sponsalia de presenti.
6. Poena contrahentis hoc impedimentum.
7. Impedimentum hoc ponitur sive vir sive mulier peccet, & vivo mortuoque conjugum.
8. Ad quem gradum extendatur.
9. An oriatur ex incestu cum propria conjugum?
10. Incestus cum duobus conjugum.